



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 11. Regina Mater in Vasconiam, Occidaniam, & Delphinatum profecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

---

*Sæcul. XVI.*

A.C 1579.

instituerat, absolvebatur pacto utrinque  
födere viginti septem articulis comprehen-  
so, qui tamen omnes ad edicti ante  
biennium promulgati verba vel inter- *Thuan. l. c.*  
pretanda, vel fusius explicanda collima-  
bant. Ceterum hisce pactis unacum  
Regina Matre nomine Regis subscripte-  
re Armandus Guntaldus Bironus, Gui-  
lelmus Joiosa, Ludovicus Sangelafius  
Lansacus, Bertrandus Salignacus Mo-  
ta-Fenelonius, Guido Faber Pibracius:  
porro postea Rex Lutetiæ hos articulos  
rates habuit die decima nona Martii.  
Verum eosdem spectata rerum, tem-  
porisque vicissitudine mox publici ju-  
ris facere, tum minus consultum vi-  
debatur.

### §. XI.

*Regina Mater in Vasconiam, Occida-  
niam, & Delphinatum profecta.*

Firmato hoc födere Regina Henrici *Thuan. §.*

Mater Aginnum venit, omnesque *Avila l.c.*  
Vasconiæ, Occidaniæ, & Delphinatus *Mezeray*  
Provincias lustrabat, inde vero Tolo- *abregé chison*  
*tom. 5.*

sam delata diu cum Joanne Monlucio  
Valentiæ Episcopo conferebat, ac hu-  
jus Provinciæ res componere satagens  
Senatum impense hortabatur, ut de se-  
veritate pristina imposterum quicquam  
remitteret, & se deinceps quoad inter-  
pretationem edicti in Protestantium gra-

*Hist. Ecclesiast. Tom. XLIX. Kk* tiām

**Sæcul. XVI.** tiam nuper conditi æquiorem præberet:  
A.C. 1579. insuper Regina contentionem Damvillæ  
 Ducis, ac Marescalli ita feliciter seda-  
 bat, ut hic suæ Præfecturæ relictus se-  
 se denuo Regis obsequio subjiceret, ac  
 Reginam Gratianopolim usque comita-  
 retur, ubi Emanuel Philibertus Sabau-  
 diæ Dux illam salutatum venit, eam-  
 que rogavit, ut in Bressiam Montlussô-  
 rium usque contendens cum Bellogar-  
 dio Marescallo ageret circa Salutiarum  
 Principatum, quem hic Marescallus fer-  
 ventibus hisce tumultibus usurpaverat.  
 Ergo ambo conveniunt, & Bellogardius  
 illis, quos Protestantium Ecclesiæ in  
 Delphihatu deputaverant, stipatus seor-  
 sim cum Regina Matre conferebat, ac  
 crima fibi imputata diluere nitebatur;  
 cumque Regina ejus rationes fibi pro-  
 bari simularet, rei exitus ad Regis de-  
 cisionem remittebatur.

§. XII.  
*Francisci Montmorantii Franciæ Ma-*  
*rescalli obitus.*

*Th. I 68.*  
*Addit. aux*  
*mem. de Ca-*  
*stell. p. 382.*

Hæc cum interea gererentur, Reginæ  
 nuntiabatur obitus Francisci Mont-  
 morantii Franciæ Marescalli, cui tan-  
 quam vero patriæ Patri ab omnibus Pa-  
 risinis ingenti luctu parentabatur. Hic  
 Vir erat ob Religionis suæ puritatem, ac  
 publicæ quietis amore regia gratia di-  
 gnis.